Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Examinata dicit articulu fore verum quia adhuc hodie ita appellatur
Super Tredecimo et Quatordecimo articulis maiori Item ex da sede apostolica ꝛc
et Item qd propter virtutem et bona opera sua ꝛc testis examinata dicit
articulos fore veros quia multoties audivit a predecessoribus suis ita tam
perhibere esse in antiquis scripturis ad qs se refert
Super Quintodecimo Decimo sexto decimo septimo et decimo octavo articulis
testis examinata dicit ut ad primum ꝛc
Super Decimonono articulo in maiori Item qd post mortem suam clarum ꝛc
testis examinata dicit articulu fore verum quia vidit et audivit plura et
diversa miracula circa tumbam beati Leopoldi facta esse Interrogata secundum
interrogatoria supra descripta in sua deposicione deposuit quia eius proxima
vicina est et a tempore cum novit ac semper pertinere ad Tumulum beati
Leopoldi pertinuit et omnia sic gesta vidit et audivit
Super Vicesimo et omnibus aliis articulis usque ad Vicesimum quartum inclusive
testis examinata dicit articulos fore veros quia concordat in omnibus et per
omnia cum proximo prestripto teste videlicet Philippo phistel super eisdem
et ad super Vicesimotertio ut deposuit ibidem
Et fuit juramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit Examinata Distincta mulier Barbara Tengtelmin de Kreutling
diocesis Patauiensis diocesis etatis sue annorum Septuaginta vel quasi contesta
prefate Dorothee Vxoris Pauli Agnus eius filie que deposuit super omnibus
et singulis articulis prout proxima prescripta testis videlicet Agnes Vxor
Nicolai fabri deposuit et concordat in omnibus et per omnia cum eadem super eisdem
quia dicit se esse matrem ipsius Dorothee et semper secum fuisse et habitasse
et ad cum ea pertinere ad dictum Tumulum beati Leopoldi iuisse et omnia
sic facta et gesta vidisse et audivisse ꝛc
Et fuit juramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit Examinatus districtus Vir Georgius Huetter de Toblinger
laicus Patauiensis diocesis etatis sue annorum Septuaginta vel circa qui
deposuit ut sequitur
Et primo super Primo secundo et aliis articulis usque ad decimum octavum
inclusive testis examinatus dicit articulos fore veros quia ita semper a seni
oribus suis audivit
Super Decimonono articulo maiori Item qd post mortem suam clarum ꝛc
Testis Examinatus dicit articulu fore verum quia vidit et audivit a multis
plura et diversa miracula circa Tumulum beati Leopoldi facta esse Interro
gatus secundum Interrogatoria supra in principio huius examinis designata
testis respondendo dixit qualiter ipse in vigilia assensionis domini proxime
transacta huius anni videlicet Millesimo quadringentesimo septuagesimo